

7 tabula marmorea cum columnarum frustis similibusque ruderibus rep. Pellari sexto a Regio lapide, ibi fere ubi fuit Leucopetrae promunturium, cum facta sunt fundamenta casulae dd. Barreca. Hodie ex pariete extracta est Regii apud Dominicum Zoccali.

V · IDVS · APRIL ·

a. 79 Apr. 9 *imP* · VESPASIANO · CAESAR
AVG · VIII · COS
TITO VESPASIANO caesar
5 Aug f · uii cos

O B M V N I F I C E N T I A M E A R V M
Q V A E · D E N D R O P H O R O S
H O N O R A V E R V N T · H O N O S
D E C R E T V S · E S T · E I S · Q · I · S · S
5 CLAUDIA · IVSTA
V // / / IVA · SAC
S // / / IA · FAVSTINA · SAC
SICIN//IVOCEPTA
AMVLIA · PRIMIGENIA
10 SATRIA · PIETAS
CLAUDIA · PTOLEMAIS
TERENTIA · ATHENAIS

Descripti. Ed. Ioh. Bapt. Moscato in ephemeride Regiensis *la Zagara* 2 (1872) p. 307, qui quae habet supra non relata, ut ante diem verba haec *quod FaUSTuM Bonumq. siT*, ea in lapide nec esse nec fuisse in re praesenti comperi.

10 [=7] Regii rep. in hortis ad ecclesiam S. Michaelis Archangeli LOG. Nunc in aedibus heredum advocati Curatolae.

D · M
SEX · FABIUS · CELSus uix
ANNIS · XXVIII · MENS
DIEM · I · PARENTES ET ·
5 FRATRES · PISSIMO · FECERVNT

Recognovi. Logoteta p. 57.

11 [=6] Regii sopra la porta Melfitana POLITI. In aedibus Fab. Venetiani e regione portae S. Philippi GVALT. Nunc in bibliotheca imminuta.

D · M
FABIA · SPERATA · Recognovi. Marcantonio
SAKKVSTIS · Politì *Cronaca di Reggio*
ACATHOCLES sic (1613) p. 32 (inde Fiore
5 O CAE RODIOS Cal. illustr. 4, 293; Bar-
ATOIC ΕΠΟΗCAN rius p. 195); Gualterus
Mur. 1460, 7); Morisani p. 126; de Costanzo
odeporico f. 238; C. I. Gr. 5768; Henzen
6250.

Morisani recte ita explicat: *Fabia Sperata, Sal-*
lustius Agathocles ὁ καὶ Ρόδιος αὐτοῖς ἐποίησεν.

12 Regii scoverto in una sacristia in mezzo ad altri frantumi marmorei LORENZO. Apud eum vidi.

D I S ·
MANIB ·
THESEI · VIPSAN ·
MARCELLINI · SER
5 VIXIT · ANN · XVII

Descripti. A. d(e) L(orenzo) *la Zagara* 2 (1871), 163.

13 Regio in aedibus Curatolae.

D · M ·
VAGELLIA · MAR
facies humana CELLINA · VIXIT facies humana?
AN · XXXXVII · COR
5 NELIVS · FIRMVS
MATRI · B · M · F ·
in postica
anaglyphum evanidum

Descripti.

8 Reggio in aedibus Curatolae.

D M
C · C NOV
A N E N /
O T F LV /
5 C I C A C O
IVCI BE

Descripti.

9 Reggio in aedibus Curatolae.

D M
EPAGATVS VIX
ANIS LXX LIMEN
CONSERVO PIE
5 TATIS FECIT sic

Descripti et ectypon quoque habui.

14 Regii.

IANS
ORAIE
PATER
RE
P

A. S. Mazochi syll. ms.

15 later in loco q. d. Lazzaro octavo lapide a Regio meridiem versus rep. a. 1757. Sa-
cerdos Antonius Pilegus dedit Morisano.

si deuS Pro
nobis
QVIS
TR A NOS
d IONI SI BI
BAS IN DEO

Morisani p. 464 edidit ligno incisam; legit Marinius (sched. christ. n. 1465). Formam litterarum, quae sunt cursivae, nos non sumus imitati.

II. LOCRI (*Torre di Gerace*).

Locrenses, qui Graece Ζεφύριοι sive Επιζεφύριοι dicuntur, cum post Heracleense proelium Pyrrho se tradidissent (Iustinus 18, 1), postquam is ex Italia abiit a. 477, Romanis se permiserunt (Zonar. 8, 6), a quibus cum rursus defecissent Pyrrho redeunte a. 479 (Zon. l. c.; Appian. Samn. 12, 1; Liv. 29, 18), nihil minus ad foedus admissi sunt; quo spectare nummum eorum mulierem habentem ab altera muliere coronatam adscriptis vocabulis ΡΩΜΗ et ΠΙΣΤΙΣ docui in hist. rei nummariae Romanae p. 326. Quo poterit item referri, quod vel imperatoria aetate Locris una cum Iove optimo maximo diisque et deabus immortalibus Roma aeterna praecipue colebatur teste titulo n. 16. Foedus autem tale fuit quale vidimus fuisse Reginorum, ut naves darent (Polyb. 4, 20, 14. 12, 5, 1. Liv. 42, 48, 7). Bello Hannibalico Locri, cum cives post cladem Cannensem ad Poenos defecissent (Liv. 22, 61. 23, 30. 24, 1), oppugnari coepit a. 546 (Liv. 27, 25. 26. 28) a. 549 a Scipione recepti sunt (Liv. 29, 6 seq.) propter iniurias maxime, quae a C^m Pleminio Scipionis legato passi essent, libertate restituta (Liv. 29, 21, 6; App. Hann. 55). Post haec quamquam passim nominantur (Vergilius

Aen. 3, 399. 41, 265; Mela 2, 4, 68; Strab. 6, 4, 7 seq. p. 259; Plinius 3, 5, 74; Ptolem. 3, 1, 10; itinerary p. 4 cet.), de rebus eorum auctores tacent. Ex titulis qui supersunt Graeci (C. I. Gr. 5769. 5770 cum suppl. p. 4252, item n. 5773 et ipso Locrensi teste Fiorelli catal. inscr. Graec. n. 84) omnes Romanam aetatem praecedunt; Latini Locros municipium fuisse ostendunt (n. 24. 22) et solitos municipiis magistratus habuisse *IIIviros iure dicundo* (20, cf. 23), *IIIviros aedilicia potestate* (20; *aedilicia potestate nude* 19), *quaestores pecuniae publicae et alimentariae* (n. 20). Inveniuntur item *flamines* (n. 19. 23) et *collegium cannofororum* (n. 24). — Tribus Locrensi adhuc ignoratur.

Inscriptiones Locrenses alias vidi ipse, alias suppeditaverunt auctores, in his ANTONIVS CAPIALBI (*ruine di Locri dal duca di Luynes voltate in italiano, con aggiunta di brevi note e delle iscrizioni Locresi*. Neapoli 1849. 8. pp. 41) vel potius pater eius Vitus, de quo diximus in Vibo-nensis, nam ab eo inscriptiones sumpsit, et Paschalis SCAGLIONE (*storia di Locri e Gerace. Part. 1. 2. pp. 169 et 161. Neapoli 1856. 8.*).